4 8 calū 2

ſuo liberato mox amoris obliuiſci & de pecuīa ꝓcura re.& ſic̄ inuerecunda turpi commercio fuit ita inuerecūda fuit in ipſam pecuniā poſtulādo. De qua re gaius aquilius vir magne autoritatis & ſciencia iuris ciuilis excellens iudex adduct9 fuit qui adhibitis ī cōſilium pricipibꝫ ciuitatis deliberato cōſilio prudēcia & religione ſua mulierē repulit ꝙ ſi eadē formula varro dampnari & aduerſaria ſua octacilia abſolui potuiſſet quia ꝑ ſcripturam patentē mulier ius habebat. Non dubito tamē quin eius turpem & incōceſſum errorē libenter caſtigatur9 fuerit ſed nunc priuate aciōis ipſe aquili9 calūpniā conpeſcuit :crimē vero adulterii publice queſtiōi vindicādū vl̄ vt habet alia litera iudicādū reliqt.

Multo animoſius &c̄ Dicit autor ꝙ Gaius mari9 multo animoſius & vt militari ſpiritu dignū erat ſe in conſimili genere iudicii geſſit. Nam cū gai9 ticinius miturnenſis faniam femininā inpudicā quam de induſtria & ſciēter vxorē duxerat ea occaſiōe ꝙ p̄ſūpſerat eo crimine repudiatā dote ſpoliare cōaretur ſumptus inter eos iudex gaius mari9 ī cōſpectu & p̄ſencialiter habita queſtione ticinium monuit vt īcepto deſiſteret ac mulieri dotē redderet ꝙ cum fruſtra ſepi9 feciſſet quia eius monicio nō valebat coactus ab eo ticinio ſentenciam ꝓmulgare ſiue pronuncciare mulierē racione impudicicie ſextercio nūmo. Sed ticinium ſūma toci9 dotis cōdēpnauit p̄fatus id eſt prius dictus id circo ſe hunc modum iudicandi ſecutū cum liqueret .i. notum eſſet ticiniū patrimōio fannie inſidias ſtruētē īpudice coniugiū expetiſſe id eſt exinduſtria tam impudicam ſibi ſociaſſe. Fannia autem. Hic autor oſtendit beneficiū ꝙ poſtea gaio ex hoc iudicio exhibuit dicēs Fannia autē hec eſt que poſtea mariū hoſtem a ſenatu iudicatum ſceno ꝙ paludis qua extract9 erat oblitum eciam in domū ſuam cuſtodiēdam minturnis deductū ope quātacūꝙ potuit adiuuit. Et diffuſe hec hiſtoria poſita eſt libro pimo capl̄o de ominibꝫ pag̃. Gaio autē